



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Aatholicis ad
informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniae, 1654

S. Stanislaus Ep. M. S. Nereus & Achilleus M S. Flauia Domitilla & Soc. v. M

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

1. S. Stanislaus Cracouiæ in Polo-
nia Epif. cum Boleslai Regis vulgo
notam libidinem non toleraret, à Re-
ge per calumniam iniustæ possessionis
impetitus ex ea se expediuit, Petro qui
iam triennio mortuus erat, è sepulch-
ro ad testimonium dicendum euocato
is è sepulchro prodijt, testimonium di-
xit. Vir tamen S. mortem paratam nõ
euasit. Sed à Deo miraculis est euect⁹,
qui ab iniquo Rege videbatur oppres-
sus, circa A. 1080.

2. SS Nereus & Achilleus Christia-
ni palatini seu Eunuchi B. Flauiaæ Do-
mitilla V. ex Imp. profapia Flauiorũ
natæ Fidem & virginitatem Christo
seruandam persuaserunt, & 12. Mai.
eandem martyrio fidem cõtestati sunt,

3, Flauia vero Domitilla cum alijs
plurimis in Insulam Pontiam relega-
ta nouissime vero Tarracinæ cum
VV. Theodora & Euphrosyna igne
consummata est.

Stanislaus Ep. M. S Nereus & Achil-
leus M S. Flavia Domitilla & Soc. r. M



Fiducia in Deum.

Sicut execrandus est Homo, qui spem
ponit in homine, ita laudendus qui to-
tus pendet à Deo. Basil

Deus pro cuius honore B Stanislaus
gloriosus Pont. (SS. Nereus Achilles
& Domitilla) gladijs impiorum occu-
bit præsta quæsumus, ut omnes qui e-
ius implorant auxilium, petitionis suæ
salutarem consequantur effectum. Per
D N. Iesum Chr &c
Oræ pro Tentatis, &c